likata

155

1550 Die 3. Maij

Ex Ms. Bielinsciano

# Literæ Regiæ ad D. Martinum Cromerum

Venerabilis devote nobis dilecte. Ex literis D. tuæ intelleximus quod D. tua, de rebus nris Barensibus apud cæsaream Mtem, atque apud serenissimum dominum Maximilianum Boemiæ regem egerit, quantoque studio Mtes illarum apud S. ducem Philippum Hisp: regem de eis intercessuras se pollicitæ fuerint. Itaque primum D. tua Mtes illarum nostro nomine salutabit, faustaque illis ac felicia cuncta precabitur, deinde eget Mtibus illarum gratias atque eo dicet nos agnoscere eam Mtum illarum erga se studia, quæ pro nra necessitudinis conjunctione, semper nobis ab eis expectanda statuebamus, daturosque vicissim nos operam esse ut quemque a nobis vel ejusdem conjunctionis amicitiæque nostræ vel grati animi officia unquam proficisci in Mtes illarum potuerint ea promta sibi a nobis semper intelligant. Literæ quibus D. tua ad nos prescripsit de cæsarea Mte, ad eum honoris locum evecta serius nobis fuerunt redditæ itaque ea causa accidit, ut minus cito nostrum officium constare potuerit in ea dignitatis accessione Mti illius gratulanda, in quo nihil moræ interponendum nobis statueramus itaque excusabit D. tua, hanc nostram in gratulando tarditatem, atque eam contigisse dicet quod serius ad nos ea de re renunciatum sit, ut primum autem de eo accepimus designamus ad Mtem ejus oratorem nostrum reverendum in Xto patrem Dnum Stanislaum Hossium episcopum Varmien. eique commisimus ut una cum D. tua Mti illius nro a Sæ Do conjugis nræ charissimæ nomine gratuletur ob summum hunc honorem Mti illius delatum, eundemque illi atque toti reipublicæ christianæ bene ac feliciter evenire precetur. Mittimus item ad D. tuam, literas Sæ Do conjugis nræ quas ad cæsaream Mtem atque Mantuam mittit

de legato quod

de legato quod sibi ab Ill^mo^ D^no^ Guilelmo duce Mantuae ex testamento Ill^mi^ olim D^ni^ Francisci ducis Mantuae conjugis sui prioris debetur, eas itaque D. tua M^tti^ illius reddet atque precabitur, ut authoritatem operamque suam in ea parte velit que de causa hac serenitatis illius primo quoque tempore confici possit. Quod intelleximus M^tem^ caesaream moleste tulisse de dilata conventus finitimi cum Silesiis instituendi tempore, dicet D. tua, nequaquam id studio aut voluntate nostra contigisse, sed gravibus planeque necessariis N^ris^ regnique nostri causis, que nisi intercessissent, nihil maiori curae futurum fuisse, quam ut definitionis controversiis per communes commissarios decideretur, cum propter vicinitatis jura et tranquillitatem conservandam, tum quod haud quamque minores subditorum nostrorum querele sint, de M^tis^ illius hominum in se injuriis, de quibus prius quoque tempore constitui uperemus. Atque daturos nos esse operam, ut id quam primum perficiatur, neque ulla ejus rei occasio per nos pretermittatur. De omnibus autem rebus quecunque istic fiunt inprimis vero quicquid ad negocium n^rum^ Barense pertinebit D. tua quam frequentissime ad nos scribat, neque in eo ullas occasiones pretermittat, que quidem illi defuturae non sint, cum istic singulis hebdomadis, nuncii Cracoviam equis dispositis commeant. Tandem bene valeat. D. t. Dat. Vilnae. Die tertia Mensis Maii. Anno D^ni^ 1558^o^ regni vero nostri 29^o^.